

238 XIII. De Discipl. Scholae Isenac.

erant in primis gnaro, siue quod a Melanchthon, summo in pretio habenda, quamquam breuiuscula est, et ultra vitae momenta potiora haud progreditur; huius tamen Isenacensis commorationis ne quid ad integratatem narrationi deficiat meminit, quodque proprius ad rem, quam instituimus pertinet, non nuda eius mentio iniicitur, sed quae cum magno scholae, vbi institutus elogio est coniuncta. Proderit hic, res ut eo melius iudicari possit monumenti, quod amicitiae et veritati positum est auctorem ipsum audire, ita autem loquitur: *deinde in schola Isenacensi* b)

qua-

Postea Tom. IV. Declamat. *Melanchthonis* pag. 546. inserta est. Mitto plures et alias, quas vid. apud *Fabricium in Centifolio Lutheano*. Recentissimam subtextis annotationibus dedit *Heumannus* Gotting. 1746.

b) Quae de historia huius scholae dicenda forent, ea occupauit *Io. Mich. Heusingeri*, Viri doctissimi industria in duobus programmatis, altero: *de meritis Sereniss. Domus Saxonicae in ill. Gymnas. Isenacense*; altero: *de veteri schola Isenacensi Lutheri magistra*. Vulgaris est opinio, eam fuisse coenobii Franciscanorum appendicem, eo quidem in loco, vbi nunc ducalis cereuisia coquitur, cui et ipse Heusingerus assensus est; deinceps autem veram illius sedem in parte arcis, quae olim *Zollhoff*, nunc *Residenzhaus* dicitur reperit, id quod pluribus rationibus in programmate posteriori firmat.